



Hermannus ille fortitudine & sapientia alios
 ciues Coloniae longè superauit. Itaq; uirtuti-
 bus eius id requirentibus Consul omnium cōsen-
 su electus est. Eo autem tempore eius loci Episco-
 pus summo studio eò tendebat, ut urbem Coloni-
 ensem cum ciuibus sibi subijceret. Huic itaq; præ-
 ter alios cōsul fortiter resistebat, atq; alios animan-
 do iura ciuitatis fortiter conseruabat. Id cum cano-
 nici deprehendissent, magno odio ipsum profecu-
 ti sunt. Erant duo inter illos, qui ferum leonem Epi-
 scopi nomine aiebant, & domi suæ conseruabant.
 Illi sese amicos consulis simulantes, bonum uirum
 ad conuiuium inuitarunt. Cum autem ille compa-

reret, atq; nihil huiusmodi cogitaret, statim eum ad famelicum leonem intro-
 duxerunt, atq; clauso ostio ibi reliquerunt. Mox etiã gratulabundi ad reliquos
 canonicos profecti, quid factum sit aperuerunt.